

Año LI.

16 DE MAYO DE 1910

Núm. 10.

BOLETIN OFICIAL

DEL

Obispado de Osma.

SUMARIO.

Motu Proprio de S. S. sobre revisión de indulgencias no personales.—Resolución de la S. C. de Sacramentos sobre el Decreto *Ne temere* de matrimonio. Decreto de la S. C. de Religiosos sobre no admisión de algunas postulantes en Comunidades de religiosas.—Respuestas de la S. C. de Ritos acerca de ciertas costumbres en el Oficio, Misa y funciones sagradas.—Aviso de la misma S. C. á los editores de libros litúrgicos.—La Obra de las Tres Marías.—Casos de Conciencia para las Conferencias de Junio.

MOTU PROPRIO SANCTISSIMI D. N. PI^{II} PP. X

De concessionibus indulgentiarum
a Suprema S. Congregatione S. Officii recognoscendis.

Cum per Apostolicas Nostras Litteras *de Romana Curia* quae incipiunt *Sapienti Consilio*, III Kal. Jul. an. MCMVIII datas, *universam rem de indulgentiis*, ideoque et curam circa rectam et prudentem earum moderacionem et onus invigilandi super earumdem publicatione et impressione, *uni*, Supremae Sacrae Congregationi Sancti Officii devolutam voluerimus; ad praecavendas dubitationes quascumque quae ex concesionibus hac in materia aliter quam praefatam Sacram Congregationem forte obtentis facile oriri possent, atque omnibus plane constet de earundem authenticitate et efficacia, Suprema Nostra Auctoritate, motu proprio atque ex certa scientia, declaramus ac decernimus:

1.^o Indulgentias quascumque, sive generales sive particulares, quae non respiciant ipsas personas petentium tantum, a supradicta Suprema Sacra Congregatione Sancti Officii esse recognoscendas;

2.^o Idem dicendum de facultatibus concessis quibusvis Sacerdotibus cuiuscumque gradus et dignitatis benedicendi pia obiecta eisque adnetendi indulgentias et privilegia pro quocumque vel quibuscumque christifidelibus;

3.^o Concessiones indulgentiarum et facultatum, de quibus supra, vim habere tantum postquam Sacra Congregatio Sancti Officii illas authentice recognoverit;

4.^o Quoad praeteritas, demum, concesiones, eas efficaciam tantum habituras, si intra sex menses ab huius Nostri Decreti publicatione eidem Sacrae Congregatio exhibatae ab eaque recognitae fuerint;

5.^o Idcirco impetrantes posthac huiusmodi concesiones teneri, sub poena nullitatis gratiae obtentae, exemplar earumden dictae Supremae Sacrae Sancti Officii Congregationi exhibere, ut rite recognosci a ratae haberri possint.

Haec edicimus, declaramus, sancimus, contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, non obstantibus.

Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die VII Aprilis MCMX, Pontificatus Nostri anno optimo.

PIUS PP. X.

S. C. DE SACRAMENTOS

Dudas sobre el Decreto «Ne temere.»

ROMANA ET ALIARUM.—In plenariis comitiis a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum habitis die 12 martii 1910, sequentia proposita fuerunt dirimenda dubia, nimirum:

I. Quid intelligendum sit nomine «regionis», seu in qua distantia debeant versari contrahentes a loco in quo est sacerdos competens ad assistendum matrimonio, ut hoc possit valide et licite iniri coram solis testibus ad normam art. VIII decr. *Ne temere.*

II. Accidit non raro ut ob sacerdotum inopiam plures paroeciae ab uno tantum parocho regantur, qui easdem omnes singulis mensibus invisere nequit. Sunt pariter quaedam amplae paroeciae, vicos etiam cum sacello publico valde dissitos continentes, qui infra mensem, tum ob viarum asperitatem, tum ob fluminum impetum lustrari a parocho nequeunt omnino, nec parochus a fidelibus adiri potest. Quaeritur: *a)* Possintne fideles paroeciarum in primo casu, elapso mense quin parochus advenerit, valide ac licite matrimonium contrahere coram duobus testibus tantum, iuxta art. VIII; *b)* Quilibet vicus in secundo casu possitne tamquam «regio» haberi, ita ut ibi degentes facultate praefati art. VIII uti valeant.

III. Utrum valide matrimonium coram solis testibus ineat qui in «regionem», de qua art. VIII *in fraudem legis* se conferat.

IV. An possint adhiberi ut testes mali christiani atque adeo pagani in ordine ad observandas praescriptiones art. II, III, VII et VIII.

V. Quoad menstruam commorationem et vagos quaeritur: *a)* Utrum commoratio menstrua, de qua in art. V, § 2, sit accipienda sensu *relativo*, i. e., quoad eos qui alibi habent domicilium aut quasidomicilium, an sensu *absoluto*, seu quoad illos qui nullibi praedictum domicilium aut quasi-domicilium habent; *b)* Utrum parochus vel Ordinarius proprius, de quo eodem art. V, § 3, sit parochus vel Ordinarius coommorationis menstruae sensu *absoluto* acceptae; *c)* Utrum nomine vagorum, de quibus art. V, § 4, ii omnes veniant qui destituuntur domicilio et quasi-domicilio, an ii tantum qui, domicilio et quasi domicilio destituti, praeterea

nullibi habent parochum vel Ordinarium commoratio-
ne saltem menstrua acquisituir.

VI. Accidit ut parochorum coadiutores ab Episco-
pis nominentur, et quidem ex iure particulari faculta-
te assistendi coniugiis non sint instructi; tamen usuve-
nit ut, ab incepto officii exercitio, parochis non con-
tradicentibus, sed irrequisita eorum licentia, matrimo-
niis adsistant, in libris etiam matrimoniorum adhibentes
solam sui ipsorum subscriptionem; imo praesertim in
maioribus paroeciis semper vel fere semper matrimo-
niis adsistant. Quaeritur in casu: *a)* An matrimonia
coram coadiutoribus hucusque inita, tacentibus paro-
chis, sint valida; *b)* Quatenus affirmative, an licite
coadiutores se gerant in assistentia connubiis praes-
tanda ab incepto officii exercitio, absque expressa pa-
rochorum delegatione; *c)* Utrum tolerari possit mos ut
coadiutores omnibus matrimonii in paroecia adsis-
tant, an potius parochi urgeri debeant ad hanc adsis-
tentiam ut plurimum et ordinarie per se ipsos explen-
dam, nisi legitima et gravi causa, onerata ipsorum
conscientia, impediti fuerint, quo in casu deputationem
coadiutoribus conferant et ita solitis verbis connubia
in libris matrimoniorum describantur.

VII. Utrum per art. I decreti maneat abrogatum
ius speciale ante illud decretum in Hispania vigens, et
ad Americam Latinam extensem, vi cuius ad valorem
sponsalium requirebatur scriptura publica *a notario*
subscripta.

VIII. Utrum Ecclesiae regulares exemptae ad te-
norem decreti existimari possint et valeant tamquam
territorium parochi seu Ordinarii, in quorum territo-
riali districtu sunt sitae, ad effectum adsistentiae ma-
trimonii.

IX. An et quomodo annuendum sit petitionibus quo-
rundam Ordinariorum, nimirum; 1.^o, Episcopi Rosen-
sis postulantis dispensationem ab obligatione imposta
per art. IX, § 2, adnotandi in libro baptizatorum coniu-

ges tali die in sua paroecia matrimonium contraxisse; 2.^o, Vicarii Apostolici Kiam-Si Orientalis postulantis dispensationem non solum ab obligatione adnotandi matrimonium contractum in libro baptizatorum, sed etiam in libro matrimoniorum; 3.^o. quorundam Ordinariorum Sinensium qui quaerunt: Utrum responsum S. C. C. diei 27 Iulii 1908, ad VII, restringatur ad solos duos casus tunc in quaesito proposito; et *quatenus affirmative*, postulant ut responsum extendatur ad alios casus verae necessitatis; 4.^o, Episcopi Mangalorensis qui postulat ut sibi facultas detur permittendi ut matrimonium celebratum in libro matrimoniorum describi possit a Sacerdote qui ex delegatione parochi matrimonio adstitit, quando parochus sit absens.

Et Emi Patres ad huiusmodi dubia ita respondendum censuerunt:

R. Ad 1.^{um} Matrimonium postest valide et licite contrahi coram solis testibus sine praesentia Sacerdotis competentis ad assistendum semper ac, elapso iam mense, Sacerdos competens absque gravi incommodo haberri vel adiri nequeat.

Ad 2.^{um} Provisum in primo,

Ad 3.^{um} Affirmative.

Ad 4.^{um} Quoad qualitates testium a decreto *Ne temere nihil esse immutatum*.

Quoad 5.^{um} Ad *a* et *b*. Provisum per responsum ad quintum, datum a S. C. Concilii die 28 Martii 1908.

Ad *c*: Nomine vagorum, de quibus art. V, § 4, venniunt omnes et soli qui nullibi habent parochum vel Ordinarium proprium ratione domicilii vel menstruae commorationis.

Quoad 6.^{um} Ad *a*: acquiescant, facto verbo cum SSmo; ad *b*: serventur de iure servanda; ad *c*: quoad asistentiam matrimoniis a parochi personaliter praestandam Archiepiscopus pro suo iure urgeat, si quae sunt de ea re, leges Concilii Provincialis. Quoad descriptionem matrimonii celebrati servetur art. IX

Decreti *Ne temere et praescriptum Ritualis Romani.*

Ad 7.^{um} Affirmative.

Ad 8.^{um} Affirmative.

Quoad 9.^{um} Ad 1.^{um} Non expedire et ad mentem.

Mens est ut Ordinarius aliquique ipsius cooperatores, quantum in Domino possunt. satagant illam perniciosa superstitionem ab animis fidelium avertere, qua ab usurpandis Sanctorum nominibus in baptismo receptis deterrentur. Doceant ipsos frequenter, idcirco nomina cis imponi Sanctorum, ut eorum exemplis ad pie vivendum excitentur et patrociniis protegantur. Parochis vero aliisque animarum curae praepositis sacerdotibus commendent, ut quamdiu illa perniciosa superstitione eradicari non possit, omni, qua valeant. diligentia libros parochiales conscribant, etiam adhibita opera aliorum, quorum industria ea in re iuvari posse credant. Quodsi in casu particulari verum nomen coniugati scire non poterunt, stante morali impossibilitate legem observandi, ea non obligantur.


Ad 2.^{um} Non expedire quoad utrumque et ad mentem. Mens est: Ordinarios curare debere, ut a Missionariis regesta celebratorum matrimoniorum diligenter conficiantur et conserventur, eisque pro suo prudenti arbitrio praescribere cautions ad vitanda incommoda exposita, adhibitis etiam, si opus fuerit, signis conventionalibus.

Ad 3.^{um} Quoad 1.^{um} Negative; quoad 2.^{um} Provisum in primo.

Ad 4.^{um} Pro gratia prudenti arbitrio et conscientiae Episcopi.

Die autem 13 eiusdem mensis et anni SSmus Dominus Noster, auditâ relatione infrascripti Secretarii, supra relatas resolutiones ratas habere et approbare dignatus est.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L.  S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

S. C. DE RELIGIOSOS

Sobre no admisión de algunas postulantes en familias religiosas de mujeres

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, in Audentia, die 4 Januarii 1910 infrascripto Cardinali Praefecto benigne concessa, decernere dignatus est, dispositiones Decreti Sacrae Congregationis de Religiosis, d. d. 7 Septembris 1909, «De quibusdam postulantibus in Religiosas familias non admittendis» ad mulierum quoque Religiosas familias in posterum extendantur. Ideoque absque speciali venia Sedis Apostolicae et subpoena nullitatis professionis, non excipientur sive ad Novitiatum, sive ad emissionem votorum, postulantes

1.^o Quae, propria culpa é collegiis etiam laicis, gravi de causa, expulsae fuerint.

2.^o Quae a scholis domesticis, in quibus puellae speciali cura in spem amplectendae vitae religiosae educantur, quacumque ratione dimisae fuerint.

3.^o Quae, sive ut professae, sive ut novitiae, ab alio Ordine vel Congregatione religiosa dimisae fuerint; vel, si professae, dispensationem votorum obtinuerint.

4.^o Quae jam admissae, sive ut profesae, sive ut novitiae in unam provintiam alicujus Ordinis vel Congregationis et ab ea dimissae, in eamdem vel in aliam ejusdem Ordinis vel Congregationis provintiam recipi nitantur.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.—Romae 4 Januarii 1910.

FR. J. C. CARD. VIVES, *Praefectus*,

D. L. Janssens O. S. B., *Secretarius*.

SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

Acerca de ciertas costumbres particulares en el Oficio, Misa y demás funciones sagradas

Cephaluden (16 Dic. 1909.)

Hodiernus Rmus. Episcopus Dioecesis Cephaluden-

sis a Sacra Rituum Congregatione insequentium dubiorum solutionem humillime postulavit, nimirum:

I. Utrum tolerari possit longaeva consuetudo adhibendi in expositione insignis Reliquiae S. Crucis D. N. I. C. nonnullos ritus qui servari debent coram SSmo. Sacramento solemniter exposito, scilicet genuflectendi utroque genu ante eam transeundo, illam incensandi a celebrante genuflexo et illam obtegendi velo violaceo si concio habeatur; vel potius standum sit decreatis iam latis N. 2324 *Brixien.*, 15 Septembris 1736 et N. 2727 *Lucionen.*, 23 Maii 1835?

II. Et quatenus negative ad primam partem an consuetudo illa servari possit saltem in Feria VI Parasceve, non obstante decreto N. 3201 *Montis Regalis*, 20 Martii 1869, ad VII?

III. In choro adest consuetudo recitandi flexis genibus quocumque anni tempore Antiph. *Salve Regina* cum versiculis et oratione *Omnipotens sempiterne Deus*, post antiphonam finalem de tempore, expleta hora prima, vel, si chorus non interrumpitur, expleta hora tercia ante Mis am conventualem. Petitur, utrum servari possit ista consuetudo etiam quando Antiphona finalis de tempore est *Salve Regina*, ita ut bis repetatur: et quatenus affirmative, an semper dicenda flexis genibus etiam diebus Dominicis et tempore paschali?

IV. Utrum chorus genuflectere debeat quando celebrans in Missa solemini vel in Vesperis incensat SSrum. Sacramentum solemniter expositum.

V. An pulsari possint organa cum canuntur lectiones matutini in Officio Defunctorum et in Missa pro Defunctis, quando chorus silet?

VI. Utrum in Missa solemini *Benedictus cani* possit ante elevationem, vel standum sit praescriptioni Caeemonialis Episc. Lib. II, cap. VIII, 70 71?

VII. Utrum in benedictione quae datur cum Reliquiis Sanctorum genuflectendum sit in choro vel stan-

dum? Et quatenus affirmative ad primam partem, utrum etiam a Canonicis?

VIII. Missam solemnem iu Cathedrali celebrans, quando est Canonicus, induit paramenta in aula capitulari et ministri sumunt vestimenta in sacristia. Quid de hoc? Stamdumne consuetudini, an decretis N. 2703 *Recineten.*, 16 Martii 1833 et N. 3937 *Urgellen.*, 11 Decembris 1896?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito Commissio-
nis Liturgicae suffragio, propositis dubiis ita respon-
dendum censuit:

Ad I et II. Standum decretis.

Ad III. Negative ad utrumque.

Ad IV. Negative.

Ad V. Negative ad primam partem; et Negative ad secundam, iuxta Caeremoniale Episcoporum Lib. I, cap. XXVIII, N. 13.

Ad VI. Standum Caeremoniali Episcoporum.

Ad VII. Genuflectendum est ab omnibus.

Ad VIII. Standum Decretis.

Atque ita rescripsit, die 16 Decembris 1909.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

Ph. Can. di Fava, *Substitutus.*

Aviso á los editores de libros litúrgicos

I. In rubricis Generalibus Breviarii R̄mani tit. IX, n. 6, post Festum Nativitatis B. M. V. inseri debet *Sep-tem Dolorum, Dominica tertia Septemb̄is*.

II. In parte hyemali Breviarii Romani in festo S. Thomae Aquinatis, die 7 Martii, ubi legitur: «*Lectio IX, de Homilia, etc.*», substituantur verba: «*In Quadragesima, lectio IX, de Homilia et comm. Feriae.*»

III. In Rubrica Breviarii et Diurnalis quae inveni-
tur die 16 Septembris in Festo Ss. Cornelii et Cyprianī
Mm. et quae incipit: «Si Festum Ss. Cornelii et Cypria-

ni occurrerit Dominica, etc...» et concluditur *in I Vesp.* et *Laud, tantum*, verba *I Vesp.* et deleantur.

IV. In Missali Romano, tum in Festo Ss. VII Fundatorum, tum in Missa *Intret de Communi* plurim. Mart. 1 loco, ad Graduale legendum; «*in generationem et generationem,*» prouti legitur in textu S. Scripturae, Eccl. 44, 14.

V. In Rituali Romano, Benedictio novae Campanae, quae ad usum Ecclesiae, sive Sacelli, inserviat, adprobata per Decretum S. R. C. 22 Ianuarii 1908, ponatur inter benedictiones reservatas in appendice, ante benedictionem simplicem novae Campanae, quae tamen ad usum Ecclesiae non inservit, nuper reformatam.

V. Item in Rituali Romano, Benedictio Officinae Librariae et Machinae Typographicae nuper adprobata Decreto 12 Maii 1909, inseratur inter benedictiones non reservatas, in appendice, ante benedictionem Domus Scholaris noviter erectae.

DECRETUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptas variationes Breviario, Missali ac Rituali Romano respective inserendas decrevit.

Die 9 Martii 1910.

FR. S. CAR. MARTINELLI, S. R. C. *Praefectus.*
L. ✠ S.

Ph. Can. di Fava, *Substitutus.*

LA OBRA DE LAS «TRES MARÍAS»

TIEMPO HÁ que en mi mente viene dando vueltas una idea y en mi corazón un deseo algo inquietante sobre una obra que yo estimo de urgente necesidad.

Madurados, á mi parecer, una y otro, quise aprovechar el primer Viernes de Cuaresma para hacer su promulgación á mis

feligreses y ponerlos desde luego, como yo pongo todas mis obras, proyectos y deseos al amparo y protección del Sagrado Corazón de Jesús.

Lo que en la plática del retiro de aquel día dije, quiero repetirlo aquí para su mayor divulgación.

Pero antes de exponeros la obra y á guisa de prolegómeno indispensable, quiero poner de manifiesto

UNA SITUACIÓN MUY TRISTE

Muy triste, si, pero con todo el color negro y sabor amargo que queráis poner á esa tristeza, es la situación en que se encuentra en muchísimos Sagrarios Jesucristo Sacramentado.

Váis á permitirmee, señoras, que yo que invoco muchas veces la solicitud de vuestra caridad en favor de los niños pobres y de todos los pobres abandonados, invoque hoy vuestra atención primero y vuestra cooperación después en favor del más *abandonado de todos los pobres*:

¡El Santísimo Sacramento!

Abandonado y pobre le he llamado; ¡que no se alarme vuestra piedad! voy á explicarme.

Abandonado, digo, y váis á ver hasta qué punto y en qué medida.

Hay pueblos, no creáis que allá entre los salvajes, hay pueblos ¡en España! en los que se pasan semanas y meses sin que se abra el sagrario, y otros en los que *no comulga nadie ni nadie visita el Santísimo Sacramento*; y en muchísimos, si se abre, es para que comulgue alguna viejecita del *tiempo antiguo*.

En esos pueblos, muchos de sus habitantes ni saben ya que hay sagrario, ni qué es comulgar, y llegan al fin de su vida sin haber hecho la primera Comunión.

Si á esos desgraciados les preguntáseis por la casa de Jesucristo en aquel pueblo, no sabrían qué responderos.

¡*Abandonado!* y qué mayor abandono que estar solo desde la mañana á la noche y desde la noche á la mañana?

Así; completamente solo está Jesucristo en muchísimos Sagrarios, y por consiguiente

¡*Pobre!* no ya con pobreza material, que en esa hay Sagrarios que en nada se diferencian del primer sagrario de Belén, sino con pobreza de calor, de oraciones, de virtudes, de compañía...

¡El, pidiendo desde su tabernáculo á cada uno de los mora-

dores de aquel pueblo un poquito de cada una de esas cosas, no recibe nada!

En torno de esos Sagrarios no hay ni calor de corazones amantes, ni lágrimas de ruegos, ni suspiros de arrepentimiento, ni ayes de necesitados, ni gratitud de reconocidos, ni rodillas dobladas, ni cabezas inclinadas, ni ojos que miran, ni bocas que piden, ni corazones que se ofrecen... ¡Nada!

Una lámpara mugrienta, muchas veces apagada, dos velas empolvadas, de no servir, una reja de goznes enmohecidos, de no girar, y alguna que otra telaraña, he aquí todo el acompañamiento de Jesucristo Sacramentado.

¿Conocéis á algún pobre, algún abandonado en situación más triste...?

Yo no lo conozco. Busco con quien compararlo y la única situación que encuentro que pueda compararse con ésta es la en que se vió el mismo Jesucristo en el Calvario.

¡Qué! ¿Jesucristo en el Calvario, abandonado de Dios y de los hombres por quienes se inmolaba, no se parece mucho al Jesucristo en el Sagrario abandonado, no de Dios, que lo impide su estado glorioso, pero sí de los hombres por quienes se inmola constantemente?

Si hay alguna diferencia es desfavorable para su vida de Sagrario.

En el Calvario siquiera había unas Marias que lloraban y consolaban, en esos sagrarios de que os he hablado ¡ni eso hay!

¡CALVARIOS SIN MARÍAS!

Eso son muchos de nuestros Sagrarios.

Y hé aquí, hermanas mías, para lo que yo os pedía la cooperación de vuestra caridad.

Yo no os pido ahora dinero para los niños pobres, ni auxilio para los enfermos, ni trabajo para los cesantes, ni consuelo para los afligidos; yo os pido una limosna de cariño para Jesucristo Sacramentado, un poco de calor para esos Sagrarios fríos, un poco de compañía para esos Sagrarios tan abandonados; yo os pido, por el amor de María Inmaculada, Madre de ese Hijo tan despreciado, y por el amor de ese Corazón tan mal correspondido, que *os hagais las Marias de esos Sagrarios abandonados.*

¿Cómo?

Para eso es la Obra de que os hablaba al principio: la *Obra de las «Tres Marias».*

Su fin, ya lo habeis oido: *proveer de Marias adoradoras los Sagrarios desiertos*, convertidos hoy en Calvarios por la ingratitud y el abandono de los cristianos.

La Obra, pues, se dedicará como á su objeto *esencial* y *necesario*, á procurar que no haya Tabernáculo sín sus *Tres Marias* que trabajen porque se abra el Sagrario y se visite al Santísimo diariamente.

Conseguido este objeto, ó como medio de conseguirlo, se fomentará la Comunión de los nueve primeros Viernes de mes, la frecuencia de Sacramentos y la devoción al Corazón Eucarístico de Jesús.

ORGANIZACIÓN

Muy sencilla: no se trata de una Hermandad, ni asociación nueva, y, por consiguiente, no hay que hablar de presidente, ni vocales, ni tesorero, etc.

Yo propongo la Obra, por ahora, con carácter provincial.

Formaré una lista con los Sagrarios de la provincia en los que se da este triste abandono, y en una reunión que celebraremos con todas las señoras que se ofrezcan á ser *Marias*, se hará la distribución de Sagrarios entre las *Marias* adscritas.

Desde luego los Sagrarios se asignarán, en cuanto sea posible, á aquellas *Marias* que por sus relaciones de familia, amistad ó conocimiento tengan más facilidad de introducirse en el pueblo á que pertenezca aquel Sagrario.

Hecha la distribución, los oficios de cada *Maria* de Huelva serán dos:

1.^º Comulgar y hacer una visita al Santísimo Sacramento diariamente *con la intención* de comulgar y visitarlo en el Sagrario en donde sea *Maria*.

De este modo ya aquel Sagrario tiene siquiera una compañía.

2.^º Poner en juego todo su celo é ingenio para relacionarse con alguna persona de aquel pueblo, á fin de ejercer sobre ella y sobre las amigas de ella una *misión eucaristica* que dé por resultado el hallazgo ó la formación de las deseadas *Marias* en aquel pueblo.

Para este fin pueden servirse las *Marias* de Huelva de cartas, visitas, hojas, libros y cualquier medio de propaganda.

VARIAS ADVERTENCIAS

1.^a Que importa poco la calidad de las *Marias*; importa poco que sea una niña ó una viejecita que apenas pueda *mascular* Padre-nuestros, rica ó pobre, fea ó bonita, soltera ó casada, lista ó ruda: lo que importa es que sea *un alma* que adore, comulgue y acompañe á Nuestro Señor.

2.^a Que si alguna señora ó señorita piadosa de fuera de Huelva ó alguna religiosa á quien se lo permita la obediencia, quiere unírse nos en esta Obra y aceptar el oficio de *Maria de los Sagrarios abandonados*, se le admite con gusto y se le dará trabajo. Quiere decir, si reunimos muchas, que cuando todos los Sagrarios de la provincia tengan sus *Marias*, buscaremos otros, que desgraciadamente no faltarán.

3.^a Que yo vería con indecible placer que esta *Obra de las Tres Marias* se copiara en muchas partes con ese nombre ú otro, con esa forma ú otra, en comunicación con nosotros ó sin ella, quitándole ó poniéndole lo que se quiera, con tal de que se procure el fin *esencial*, ó sea acompañar los Sagrarios desiertos con adoraciones y comuniones diarias.

Y ahora, almas amantes del Corazón Eucarístico de Jesús, corazones á quienes punzan las espinas suyas y que palpitan al unísono con El, ¡al Calvario con Jesucristo solo! ó, lo que es lo mismo, ¡al Sagrario con Jesucristo abandonado! ¡Marias adoradoras! ante los odíos de los fariseos modernos, y las ingratitudes del pueblo *que fué cristiano*, y las cobardías y perezas de los discípulos, ¡ocupad vuestro puesto! *Juxta crucem cum Maria Matre Ejus....!*

LAS PRIMICIAS

La *Obra de las «Tres Marias»* tiene ya *primicias*.

Un viaje á la inmediata é histórica villa de Palos, cuyo Sagrario es de los desiertos, hecho por una de las que primero se han inscrito como *Maria*, ha dado por resultado *dos comuniones* semanales, *un Viático* á un enfermo y varias promesas de futuras comuniones.

Hay otros viajes y otras propagandas á la vista, y mucho entusiasmo y muchos deseos de trabajar entre nuestra gente buena.

¡Gracias al Corazón Eucarístico de Jesús!

EL GRANITO DE ARENA, órgano desde luego de la naciente Obra, se complacerá en dar á conocer á sus amigos cuanto vaya sabiendo de la marcha de la misma y en ayudar con hojas, que irá publicando, su propagación.

Y termino dirigiendo un ruego á mis hermanos los Curas.

Como yo sé que á nadie más que á ellos ha de agradaí el buen resultado de la Obra descrita, como también sé que á nadie más que á ellos duele el mal que aquella tiende á remediar, huelga pedirles la benévola cooperación que expontáneamente y sin duda alguna, pondrán al lado de esta Obra, tan eminentemente parroquial.

EL ARCIPRESTE DE HUELVA.

AGENDA IN COLLATIONE 5.^a DÍE 3.^a JUNII ANNI 1910

QUAESTIO MORALIS

Mercatores quas res vendere possunt? An liceat cauponibus dare carnes diebus prohibitis? An liceat domino hospitiorum (vulgo cafés) quaevis folia publica hospitibus legenda proponere? Quid de subscriptione ephemeridibus data, et de articulis aut nuntiis in ipsis inserendis?

CASUS

Venantius omni labore destitutus, nec habens unde viveret et honeste sustentaret suam numerosam familiam, post tentata alia media, pingui sibi oblato stipendio, officium acceptat typographi caracterum compositoris in protestantium officina, qua Biblia aliquique protestantium libri de Religione tractantes continue eduntur, ad eos in vulgus gratuito diffundendos. Tempore paschali ad confessionem accedit, et confessarius ipsi praecipit, ut, non obstante quocumque gravi incommodo, ab eo officio recedat. Obedit Venantius; et cum laborem in catholica officina non inveniat, diaria vendit per publicas vias mixtim bona et mala. Quaeritur: An Venantius licite in ea officina permanere potuerit, ac proinde an recte egerit confessarius? An pos-

sit nunc licite diaria bona et mala indiscriminatim vendere?

QUAESTIO LITURGICA.

Quot cerei in Missa requirantur, tam privata quam solemnii? Quot in expositione S. Sacramenti? An liceat aliquando celebrare sine ullo lumine?

AGENDA IN CO.LATIONE 6.^a DIE 16 JUNII

QUAESTIO MORALIS

Primum praeceptum decalogi quod est, quid praecipit, quid vero prohibet? Quinam sunt actus precipui virtutis Religionis? Quid cultus, quotplex, qui Deo debetur, et unde constat?

CASUS

Victor, ratiocinator seu scriptor, apud quendam mercatorem, comertii libros scripsit, referens quotidie in ipsis datum et acceptum, expensas factas, venditiones aliaque. Hinc Victor bene cognoscit quod mercator, qui apud ipsum et apud alios simulat omni arte esse omnino honestum virum et probum, procedat e contra mala fide et fraude, emptores decipiatur, et socios comertii defraudet. Difficile sane est Victori alium inventire quemcumque, apud quem suum possit officium exercere; si vero ipse officium dimitat, plures alii jam parati sunt ad illud suscipiendum. Quaeritur: An possit Victor tuta conscientia in tali officio continuare? An vere teneatur in casu monere emptores et socios defraudator, ut sibi caveant?

QUAESTIO LITURGICA

An colocari possint in Altari expositionis tabellae Secretorum? Quid de Missale, de parva campanula, de amphillis vini et aquae, et de ornatu Altaris?